

tacere & non querere, non est argumentum voluntaria derelictionis, sed impossibilitatis recuperandi rem, neque audentis violenti proiectoris se opponere voluntati. Est insuper derelictionis indicium, quando extra tempestatem aliquid proicitur. Sed quis ita insanat? Verum & id potest contingere, si quis ex affectu aliquo, qui cum absoluta voluntate constet, quidquam projiciat. Et hæc iuxta Auctorem dictum, qui ea ex alijs adducit. Licet autem, cum res statim est peritura, aut in maris profundum abitura, nihil videatur ad morale negotium, de quo agimus, conjectura talis deferuire: nihilominus conferre potest propter casum aliquem raro contingentem, in quo aut conseruetur quod statim perituum putabatur, aut ex profundo educatur a pisce aliquo ingentis magnitudinis, qui mortuus euicitur in litus, & in eius ventre tandem inueniatur. Quamquam Couarrubias citato §. De legibus, nihil ita pro derelicto habendum existimat, vt eius dominus non velit illud vtiliter pro eo expendi: quia si ipse illud inueniret, eximie gauderet: qui affectus ostendit, dum possibilis est inuentio, dominium perseuerare. Sed vt hoc in rebus perditio locum habere possit, negari tamen nequit quin aliqua pro derelictis habeantur: quia & Iura, & Doctores ita tradunt, & ipsa experientia peritadet. Pro bonis autem nauigantium extat Honorij Secundi luculenta sententia scribentis Episcopis suffraancis Metropolis Turonensis: & est Epistola 66. inter alias S. Hildeberti, vbi ita scribit: Piorum Imperatorum emanauit auctoritas, vt etiam earum rerum, que in tempestate maris, leuante nauis causa euiciuntur, non amittatur dominium: non enim eas aliquis eo animo abiicit, quod habere nolit, sed quo periculum effugere possit, & qui res ipsas lucrandi animo abstulerit, furtum committit. Sic ille iuxta L. Rhod. D. de iactu. Lib. 1. §. finali, & alias.

Ad rem morale in quomodo conferre possit praesentia doctrina.

Non esse obligationem expendendi pro vtilitate derelictorum.

Pro dominio retento circa nauis fragantiam bona elegans Honorij 2. sententia.

Afferio §. Tenere Regem nauis naufragium posse succurrere, vbi bona priuatorum, que ad eorum dominium spectant.

Idem dicendum, est nauis non sit Regis, sed priuatorum.

damnis talibus adhibere remedium, vt communis administrator: cum praesertim in eo suum negotium agat: ex diuitiis enim inuentis magnum ipsi emolumentum obuenerit: nam deductis expensis aliquid est praterea pro conquisitione & extractione non exiguum recepturus: cui & bona priuatorum profunt, ex quibus commercio expositis iura non contemnenda soluentur. Et quidem cum damnus ab hostibus imminet, teneri Regem suis sumptibus subditorum bona defendere suo in mari nauigantium, communissima scriptorum sententia est, vt videri potest apud P. Fragosum Tomo 1. pag. 39. num. 128. & 129. Est autem ratio eadem de damnis alijs, quibus potest obuiare. Quia vero extraordinarium videtur subsidium, non videtur damnandum si expensæ requirantur in nostro casu. Adde & obligationem succurrendi personis miserabilibus, de qua P. Azor. Cap. 7. citato. §. Peccatum Rex. Si item bonorum istorum domini in nauis naufragium passa refedissent, deberet absque dubio Rex eidem succurrere, vt a periculo immunes redderentur. Ergo & bonorum debet curam gerere, quia illius obligatio ad omnia se extendit. Iuxta quæ fit bonorum talium dominium apud eosdem conseruari, cum debeant merito de Regis prouidentia auxilium opportunum expectare.

Eiusdem obligatio defendendi suis sumptibus bona subditorum suo in mari nauigantium.

Et miserabilium personarum.

De iustificacione duorum Nomenorum.

Rescriptum Regium pro illis.

Regiorum Officialium circa illos oblatos.

CAPVT XIV.

De emolumentis Regiis ex bonis Ecclesiasticis.

109 **A**git de illis Dom. Solorzanus variis in locis, & quæ ad illa pertinent in summam redigit Lib. 6. Politicæ Cap. 7. & D. Gaspar de Escalona in Gazophylacio Lib. 2. Parte 2. Cap. 32. Habet ergo Rex duos Nouenos ex decimarum grossa, de quorum iustificatione egimus Titulo 2. num. 50. & seqq. Vt autem clarior appareat, ex rescripto comprobanda est Philippi Secundi die 17. Iulij Ann. 1512. Peruiano Proregi D. Francisco à Toledo transmissio, in quo sic scribit: Y porque, como sabeis, conforme a las Concesiones de los Sumos Pontifices, y a nuestro Patronazgo, nos pertenecen los dichos dos Nouenos de los diezmos de los Obispados de esas partes &c. Quod ergo Rex ita testatur, non potest sine illius auctoritatis iniuriâ in dubium reuocari. Subdit autem Nouenos dictos à Regiis Officialibus exigendos, nolens circa eos à iurisdictione Ecclesiastica dependere; vnde & circa hoc in Regiis Audiencijs Prouisiones expediuntur, vt economi Ecclesiarum, qui laici esse debent, ad solutionem huiusmodi compellantur. Quomodo autem causa ista, quæ spiritualis est, per iudices possit laicos agitari, dictum citato Titulo num. 66. Vbi cum probabiliter in eo procedatur, non est negotium istud premendum nimis, ne nimis emungendo, sanguis eliciatur, vtinam Reges ad omnia, quæ agunt, probabiles haberent opiniones, eas scilicet, quas Scriptores pij & docti sine blandiendi studio complectuntur. Officiales ergo Regij, de quibus nobis sermo, circa hoc debent esse solliciti ratione muneris, & quidquid eorum incurrit

incuria deperierit, soluendum ex integro. Deperire autem dicendum est; quod ab economo non exigitur ob respectum aliquem, licet pius ipis videatur. Cum enim Rex fundatam intentionem habeat, nõ illis circa hoc arbitrium relinquatur, sed nudam ministerium demandatur.

Fructus vacantium Ecclesiarum in earum debent vtilitatem expendi.

Cap. Quia sepe, & Cap. Praesentis, explicata.

Quomodo fiet successoribus integre referuandos.

Cap. Quia sepe.

Ex Regis dispositione firmatum.

110 Habet præterea Rex portionem decimalem, quæ Prælati Ecclesiarum responder, cum illæ vacant. Et quod ad jus commune attinet, controuersæ quæstionis est ad quem fructus isti pertineant, de quo multi multa, & præ alijs Dom. Solorzanus Tomo 2. lib. 3. cap. 12. num. 19. & seqq. & in Politicâ pag. 596. & seqq. vbi Auctores congerit de eodem differentes; & mihi quidem attentâ Iuris Canonici dispositione ita videtur dicendum, vt redditus tales in Ecclesiæ debeant vtilitatem expendi: sic enim accipiendum, quod dicitur in Cap. Quia sepe, de electione in 6. Quæ in vtilitatem dictarum Ecclesiarum expendi, vel futuris debent successoribus fideliter referuari. Et Cap. Praesentis, de officio Ordinarij. Ibidem: Quæ vel in vtilitatem Ecclesiæ, vel futuris debent successoribus fideliter referuari. Ex hoc enim habetur posse in vtilitatem Ecclesiarum expendi: ergo si nihil referuatur successoribus, nulla illis irrogatur iniuria. Vnde planum habetur nullum successoribus jus ad redditus istos conuenire. Cum ergo decernitur posse illos successoribus referuari, mens Pontificum est, id faciendum, vt ipsi, quod non est à referuantibus factum, studeant adimplere. Cur enim illis detur id, ad quod non habent jus, & in vtilitatem potuit Ecclesiæ conferri, vt liberè possint distribuere, & in proprias conuètere subuentiones? Vnde nec congruit sententia eorum, qui dicunt diuidenda illa bona inter Ecclesiam & Prælatum æquis partibus; juxta Iura siquidem non loquuntur, licet rationabili alijs loquantur arbitrio.

111 Erit autem illud magis Iuri conforme, si quis dicat redditus istos posse successoribus referuari, non tantum pro medietate, sed etiam ex integro, vt pro arbitrio distribuant, dummodo id sit in causas pias intra dioccesim: quod enim sic expenditur, dici potest aliquo modo in Ecclesiæ vtilitatem expendi, cuius membra viua sunt fideles. Vel si genus aliud pij operis sit, quod non ad subueniendum indigentibus, sed ad Dei cultum spectet, vbi cumque illud, dummodo intra dioccesim, vt dixi, satis appareat ad vtilitatem Ecclesiæ pertinere. Quod quidem juxta mentem sacri Legislatoris esse, ex ipsius apparet verbis, citato in Cap. Quia sepe: sic enim ibi: Nos ipsorum ausus reprimere, & indemnitate ipsius Ecclesiarum prouocare volentes, &c. Vbi non Prælatorum indemnitate, sed Ecclesiarum tantum attenditur: cum tamen præmissum esset bona in Ecclesiarum vtilitatem expendenda, aut successoribus referuanda: ergo quia successores in Ecclesiarum debent vtilitatem expendere. Vnde cum grauisimi & sapientissimi viri censuerint non posse Regem nostrum redditus vacantium in Indijs vt proprios vendicare, sed in eorum applicatione debere Iuris Canonici dispositionem amplecti, alijs oppositum opinantibus, de quo inserimus: eorumque fuerit prælata sententia, & juxta eam tertia pars vacanti Ecclesiæ designata; non ita Ecclesiæ in rigore sumpta est, vt ad fabricam Ca-

Theſauri Indici Tom. 1.

thedralis, aut ad alia eidem congrua, fuerit architecta designatio; vnde in vsus pios plerumque cedit, pro quibus rationes solent vrgentes occurrere, quam pro Cathedralium statum promouendo. Pro quibus videri potest Dom. Solorzanus supra, num. 53. & seqq. Qui in specie positionis nostræ, num. 82. arbitrium Regium prædictum iustius futurum asserit cum eâ moderacione, vt primo loco necessitatibus Indorum & Indiarum subueniatur, ex quorum Prouincijs pecuniæ istæ redditus procedunt, argumento L. Praesens. C. de seruit, & aqua. Indis ergo & Indijs ex decimis subuenire, juxta dispositionem Iuris Canonici est; juxta quod debent in Ecclesiæ vtilitatem expendi. Et ita id est etiam generaliter asserendum. Si qui autem Textus sunt, videndi apud Dom. Solorzanus Lib. 3. cap. 11. num. 5. & cap. 12. num. 19. juxta quos ad successores videntur redditus isti spectare, exponendi sunt ita vt non aduertentur adductis, sed juxta datam explicationem: quod scilicet referuatur in Ecclesiæ vtilitatem expendendi sub prædictâ diuisione. Nam Textus tales aut priores sunt adductis ex Sexto, & ita per istos exponendi, quibus vt posterioribus potius standum. L. Non est nouum 26. cum sequenti. D. de legibus. Vbi scribentes, aut posteriores: & similiter intelligendi juxta illos, ne legum correctio, quæ odiosa esse solet, admittatur. Vt est receptissima doctrina juxta L. Praecipimus. C. de appellatione. Pro quâ, sicut & pro priori, Auctores, præsertim Societatis, agentes de Legibus, & Pater Sancius Lib. 2. de Matrimonio Disp. 24. n. 6.

Indis prius subueniendum & Indijs.

Specialis in Hispaniâ & Indijs dispositio, Regis auctoritate.

112 Quidquid autem de hoc sit, in Hispaniâ aliter se res habet, in quâ Pontifex redditus dictos, sicut & spolia alia, suæ Camera applicatos per Collectores colligit; idque jure suo, quia illorum est dominus. In Indijs autem ad Regem spectant quantum ad eorum administrationem; qui ex illis tres partes conficiens, vnam successoribus tribuit pro sumptibus in expeditione Bullarum, Pontificiis ornamentis, & itinere faciendis; aliam Ecclesijs pro necessarijs ad diuinum cultum; tertiam in opera pia sibi referuat. Vbi non pauci nec indocti contendunt redditus dictos, cum decimales sint, ad Regem pertinere: licet enim decimas sibi ab Apostolica Sede concessas, in Ecclesijs retulerit; non videtur tamen ratio ista ad vacantium redditus iuxta eorum intentionem extendi; quia vt extendi intelligamus nullum est vrgens fundamentum; vt allegationes continent, quas adducit Dom. Solorzanus Cap. 12. citato, num. 36. & seqq. Quibus tamen non obstantibus Rex noster contrariam est, vt diximus, sententiam amplexus, & distributio dicta per tertias partes obseruanda vltèrius est, iuxta primum eius & religiosum imperium.

113 Sed non videtur in tali dispositione Iuris Canonici dispositionibus plenè stari, iuxta quod distributio dicta nullo modo ad laicos Principes spectat, sed ad Ecclesiæ Prælatos. Pro quo specialiter est Cap. Relatum 2. de Testamentis, & ex generali exemptione constat, iuxta quam Ecclesiastica bona, sicut & personæ, Ecclesiastici fori sunt, & ita in eorum administratione nequit se laica potestas immiscere. Pro quo præsertim est celebre. Cap. Ecclesiæ sanctæ MARIE, de Con-

Vnde iustificari possit, cum ad Ecclesiasticos tantum videntur deatur Prælatos pertinere.



Cap. Ecclēſiæ, S. MARIE.

ſtitutionibus. Vbi ſic dicitur: Nos attendentes quod laici (etiam Religioſi) ſuper Ecclēſiis, & perſonis Ecclēſiaſticis nulla ſit attributa facultas, &c. Vbi Ecclēſiæ nomine bona ad Ecclēſiam ſpectantia comprehenduntur conſtat ex Cap. Cum laici, de rebus Ecclēſiæ non alienandis, vbi idem, & eiſdem ferè verbis ſtatuitur, illis inquam: Cum laici (quamvis Religioſi) diſponendi de rebus Ecclēſiæ nulla ſit attributa poteſtas: quos obſequendi manet neceſſitas, non auctoritas imperandi. Sic ibi.

Neque privilegium pro eo vult ſpeciali.

Ad Alexandri 6. conſeſſionem venocandū.

Ne Religioſi nova prædia acquirant ut Regiſ ſebadulus caueatur.

Ingenis in prædicta cauione deceptio.

114 Cùm ergo hæc ita ſe habeant, non videtur quomodo Rex noſter, Canonici iuris auctoritate reueritã, & retentã obſervatione, adminiſtrationem dictã ſibi poſſit arrogare. Pro quo nec ſpeciali allegari poteſt privilegium; quia circa hoc Pontifices minimè affecti comperiuntur; cùm ſæpiùs tentauerint Collectores in Indias mittere, quales in Hiſpaniã habent. De quo Dom. Solorzanus Cap. 11. citato, num. 26. Et id fanè oftendit quã alieni ſint à privilegio huiusmodi conſeſſione. Dicendum ergo videtur circa adminiſtrationem dictã Reges noſtros Alexandri Sexti ſe conſeſſione tueri, dum decimas illis donauit: & licet eas Ecclēſiis redonauerint, quoad illas tamen, de quibus agimus, in iplarum vacatione aliquale jus retinendum cenſuiſſe: non vt quidquam ſibi acquirant; ſed vt ſecurè, conuenienter, & opportunè diſtribuant. Iuris ergo Pontificij diſpoſitio quoad ſubſtantiam ſeruatur, quod, vt vidimus num. 111. præſertim intendit Ecclēſiarum indemnitate præcanere: quod quidem egregiè præſtat: non verò quoad modum. Licet autem Pontifices Alexandri ſucceſſores nouum circa hoc privilegium non inueniantur conſeſſiſſe; immò & plures, vt vidimus, contrarium attentarint: quia tamen Alexandri privilegium non abrogarunt, eo Reges noſtri quoad hoc poſſunt verofimili opinione gaudere. In quo quidem oſtendere volunt nullo ad talè agendi modum propria vtilitatis reſpectu moueri; ſed eo ipſo, quem Pontifices iuris Canonici auctores in ſuis deciſionibus præſeſerunt; quod ſcilicet vacantis Ecclēſiæ redditus contra multorum auſus, ex auaritiæ ſtimulatione conceptos, in bonum Ecclēſiæ ſeruentur, & vtiliter expendantur. Et hæc quoad prædictã adminiſtrationem.

115 Extant etiam plures Regiæ Scedulæ, quas in particulari commemorat D. Gaſpar de Elcalona in Gazophylacio Lib. 2. Parte 2. cap. 33. ſ. 2. num. 9. quibus cauetur ne Religioſi noua acquirant prædia: non quidem circa hoc auctoritatiue quidquam diſponendo; ſed iubendo vt ſupremi Magiſtratus induſtriè hoc & ſoleter impedire curent non vi, ſed induſtriã: eò quod nouorum prædiorum acquisitione decimæ, & conſequenter Regij Noueni valde imminuti videantur. In quo quidem Rex noſter grauem eſt paſſus deceptionem. Decimæ namque, & conſequenter Noueni, in aliquibus Ecclēſiis & in Limanã omnium maximã, his annis nimium quantũm exereuerunt. Quod ſi alicubi imminutio eſt aliqua deprehena, non ex Religionum augmentis, ſed ex aliis cauſis eſt accidit comperit. Ecce coram Deo, quia non mentior. Quod cùm & Regiſ Miniſtris conſtare poſſit, peccabunt equidem grauius, ſi id quod Religioſis beneficio iuris communis, Pontificiã benefi-

centiã, & Regum etiam noſtrorum Bullas Apoſtolicas in Regio Indiarum Conſilio Regiſtratas amplectentium auctoritate comperit, ſtudeant modis quibuſlibet oſſuſcare. Quos obſequendi manet neceſſitas, non auctoritas imperandi. Ex Cap. Ecclēſiæ, & Cap. Cum laici, iam citatis: & lanè expediret ampliùs, vt Reges noſtri ex redditibus Ecclēſiarum vacantium, quos, vt vidimus, in Ecclēſiæ vtilitatem expendunt, portionem aliquam Religioſis cœtibz graues patientibus neceſſitates, conſignarent. Hoc enim opus pium, & maximè pium eſt: vnde in Iure expreſſum, vt bona ad Ecclēſiam ſpectantia Religioſis valeant applicari. Sic enim habetur in Cap. Relatum 2. iam citato, ibi: Licet autem mobilia per Ecclēſiam acquiſita (id eſt intuitu Ecclēſiæ) de iure in alios pro morientis arbitrio transferri non poſſunt: conſuetudinis tamen non eſt improbanda, vt de his pauperibus & Religioſis locis, & illis, qui viuenti ſeruiunt, ſine conſanguine ſint ſine alij, aliqua iuxta ſeruij meritum conferantur. Sic Alexander Tertius. Diaboli autem fieri videtur inuidiã, vt in huiusmodi largitionibus Religioſa domus in Indiis conſiſtentes prætereantur, vt ſic indigentia crescente, Religioſa diſciplina marceſcat, ſintque Religioſi ad propagandã fidem, & exempli ædificatione rem Chriſtianam promouendam, minùs quàm eſſe oporteat efficaciſſe.

Illis ex v. cambibus aliqua meritis conſignanda.

Cap. Relatum 2.

CAPVT XV.

De Gabella, quæ dicitur Alcauala.

116 Alcauala genus impoſitionis eſt pro iis, quæ venduntur: de cuius in Hiſpaniã origine plures Auctores agunt, ſicut & de nominis originatione; & dum alij hoc, alij diuerſo modo circa illam philoſophantur, nihil eſſe certum eo ipſo proteſtantur. Videantur P. Molina Diſput. 665. vbi rem perſequitur eruditè. Et Dom. Solorzanus Tomo 2. lib. 5. num. 48. & magis ex profeſſo in Politicã Lib. 6. cap. 8. & fortãſe non inueroſimili dici coniecturã poſſet Alcaualam dictã iuxta Hiſpanam vocem, Cana, quæ idem ſonat ac iuſtum & æquale: Al autem idem eſt quod Ad; vt perinde ſit atque Ad æqualitatem. Siue quia gabella hæc ad æqualitatem cum neceſſitate, pro quã cœpit exigi, eſſe debebat; ſiue ad æqualitatem rerum, quæ vendebantur, non omnimodam, ſed proportionatam. De quã, & de rebus, ex quibus ſoluenda, longior poſſet inſtitui tractatio, quales apud Auctores occurrunt, & videri inter alios poſſunt P. Molina Diſput. citatã, & ſeqq. P. Thomas Sancius Lib. 2. Conſiſtorum, cap. 4. P. Fragoſus Tomo 1. pag. 388. & ſeqq. & breuior ſumma apud D. Gaſparem de Elcalona in Gazophylacio lib. 2. Parte 2. cap. 2.

117 Et quod ad Indias attinet, moderatione maiori, quàm in Hiſpaniã exigitur, in quã decima pro centũ ſoluitur; cùm tamè in illis quatuor pro centum exigantur: idque non rigidè proportionè ſeruata, ſed incapacitatione, determinatũ aliquod ab iis, qui vendere ſolent, per modum annuæ præſtationis exigendo: quod à Regiſ Miniſtris fieri nõ ſolet, ne grauior inde reddatur exactio; ſed à mercatoribus iſtis, quorum gremium, ſeu Conſulatus

Qualiter in Hiſpaniã, & in Indijs exigitur.

An India cum onere dicto Corona accreuerint: dubia queſtio.

Non eſt iuſtam abſolute qui cenſeant.

Cardinalis Toletus.

Eſt tamen oſtenditur ex benigna impoſitionis voluntatis interpretatione.

Congrua pro eo P. Sancij doctrina, & notanda pro præxi.

tus in ſe ſuſcipit ſoluendi onus, determinatam ſcilicet annuatim ſummam per modum locationis. An autem ex eo præciſe quod Indiarum regna adiecta Regiæ Coronæ ſint, ad Alcaualam remanſerint obligata, niſi priuilegium circa hoc Reges per tempus aliquod conſeſſerint, vt reipſa conſeſſerint: queſtionis eſt jam parũ vtilis quoad rem moralem: quomodocumque enim res ſe habeat, conſtat priuilegium iam eſſe ſublatum, & obligationem extare ei ſimilem, quæ alibi niſi quod maior in Indiis appareat, quia maior videtur illius iuſtificatione, ob moderationem dictã. Et quidem Dom. Solorzanus ſuprà, affirmatiuam ſententiam amplectitur, quæ tamen difficultate non caret: eùm enim onera iſta regnis imponantur ob illorum neceſſitates, ſintque illis proportionata; non debent noua regna cum eo grauamine ad Coronam venire, vt priorum regnorum neceſſitates ſuppleant, quandoquidem ipſa ſuas ſunt etiam neceſſitates habitura. Iuxta has ergo onera imponenda ſunt, quæ eſſe multò minores poſſunt, vt in Indiis accidit: & ita per annos plurimos ab onere vectigalium exemptæ, magna aliã emolumenta Regibus contulerunt.

118 Sunt autem qui Alcaualam non penitus iuſtam exiſtunt, ex quibus Cardinalis Toletus Lib. 5. cap. 74. num. 2. ita ſcribit: Tales gabella, quæ ex his, quæ ad ſuſtentationem propriam emuntur, exiguntur, magnam ſpeciem habent iniuſtiæ, & vix poſſunt iuſtificari. Ex hac parte illa gabella, quæ apud Hiſpanos dicitur Alcauala, videtur iniuſta: quæ quidem exigitur tum de mercibus, tum ex ijs, quæ in proprios uſus emuntur. Nec ſolum ex hac parte iniuſta videtur, ſed etiam quia jam ceſſauit ſinis, propter quem ſuit impoſita; puta bellum Granatæ: & quamuis bellum eſſet, Reges illi ſunt adeò diuites facti, & gabella etiam alie adeò pinguis, vt poſſit prouideri ſufficienter abſque tanta exactiõne. Sic ille. Quod & tenent alij apud P. Sancium ſuprà, Dub. 13. ex alio principio, ſcilicet quia duriffimum tributum eſt, & eatenus iniuſtum, decem pro centum exigere: quod & affirmat ipſe Pater, dicens ſic tenuiſſe plures Magiſtros Salmanticenſes; vnde ait non teneri venditorem ſoluere decem pro centum, ſiue vnum pro decem, ſed pro triginta vel quadraginta vnum.

119 Quæ quidem cùm apud graues ſcriptores extant, neque exteros illos, ſed Hiſpanos, & erga Reges ſuos piè affectos, non poſſunt vt leuia reſutari. Sed ne Regum ipſorum pietatem & iuſtitiam videamur offendere, dum impoſitionem dictã iniuſtiã notã traducimus: videtur dicendum aliud eſſe, quod verba ſonant; & aliud, quod iuxta ipſorum mentem æſtimandum venit. Verba quidem decimam ſonant, ſed decimam accipi non eſt Regiæ voluntas. Quod quidem ex eo oſtendi poteſt, quod habet P. Sancius ſuprà, Dub. 12. num. 18. Vbi ait poſſe nos excuſare à reſtutione Alcaualæ multos mercatores, quibus publicani non diſcooperiunt merces, nec cogunt ſub iuramento aperire veritatem, ſed ſimpliciter ſtant eorum dictis, & ij minùs quàm ſit, palam faciunt. Cùm iſtis enim diſſimulare poſſumus, nec illos obligare ad reſtituendum illud, quod ex occultatis mercibus non ſoluerunt, ex voluntate tacitã, immò ferè expreſſã cuſtodum ſeu ex-

actorum, notã & approbatã à ſuis dominis, qui conſultò, dataque operã volunt, ac iubent his Miniſtris, ne ſint oneroſi ac rigidi eis mercatoribus: ſed potiùs leniter ac ſuauius ſe gerant cum illis, ſtentque eorum dictis: atque hoc faciunt ob proprium commodum & emolumentum, gaudent enim omnes talia loca frequentare animaduertentes commodum & vtilitatem, quam inde reportant. Sic dictus Auctor: cuius doctrina in Indiis manifeſtor habetur ex iis, quæ aſſert Dom. Solorzanus in Politicã pag. 975. ſ. 1 ya en algunas, & ſeqq. Et id quidem quando ad rationem duorum tantum pro centum ſolui iubebantur. Quid ergo de illã velint, quando decem pro centum exiguntur? Hinc eſt quomodo approbat P. Sancius ſuprà, num. 2. ex Ledemã deſumptum, vix vquam Regem percipere vigefimam. Pro quo etiam facit id, quod ait P. Molina Diſputat. 674. ſ. Quinta conſeſſio: Quod ſi tributa omnia integrè & fideliter ſoluerentur, Principes non imponerent tot, quot imponunt, quia pauciora impoſita ſufficerent; atque ſola alcauala integrè ſoluta, ad ingentem ſummam perueniret. Sic ille, & benè. Et quo fit neque trigefimam, & fortè minùs multum Reges præcipere. Præuidentes ergo in executione ipſã ita futurum, partem adeò conſiderabilem deſignarunt, vt reipſa moderatum aliquid reportarent. Vt hic etiam verum habeat illud, Iniuſtum petas, vt iuſtum ſeruas.

In Indijs id manifeſtum.

Notanda & alia P. Molina.

In Indijs moderatè videri.

Ex nouiſſe impoſitionis vitanda turba.

120 Videtur autem iuxta dictã Alcaualam in Indiis eſſe iuſtam, quia moderata eſt, ad rationem videlicet quatuor pro centum, ſi in omnibus partibus eſt æqualis. Quamquàm & hoc erunt qui negent: cùm enim ſint qui dicant tunc tantum eſſe iuſtam, quando ſoluitur vnum pro quadraginta, in quatuor pro centum exceſſus eſſe videtur, cùm ad rationem vnus pro quadraginta duo tantum cum dimidio reſpondeant centum. Sed certè valdè moderata apparet, ſuppoſitã benignitate, quæ iuſta eſt circa exactiõnem adhiberi: ſic enim idem accidit, quod nuper circa decimam dicebamus: multò ſcilicet minùs reipſa colligendum. Poſitã autem tali moderatione an in conſcientiã ſit ſoluendi obligatio, communis difficultas eſt, de quã dictum aliã. Eſſe autem aliquando ſpecialis in Peruuio, & Prouincijs adiacentibus poteſt, ex tributi huius nouitate in illis, de cuius introductione Hiſtorici Indici & adducti Solorzanus, & Elcalona. Id autem accidit quando duo tantum pro centum petebantur. Proximis autem annis ab Excellentiffimo Comite de Chinchon Peruuiano Prorege duo addita: quia hoc conuenientius viſum eſt quàm ſummam quamdam annuatim pendendam expromere à Rege pro vnione armorum expetita: & id ſuit à Rege confirmatum, vt apud citatum Elcalonam videri poteſt, num. 3. & 4.

121 Quoad duo ergo addita ob prædictum finem impoſitio præſata nouior eſt, & ita minùs obligatoria, iuxta eorum doctrinam, qui gabellas nouiter impoſitas non obligare in conſcientiã affirmant, eò quod minùs iuſte cenſeantur: vt videri poteſt apud P. Sancium ſuprà, Dub. 6. num. 5. & P. Molinam etiam ſuprà, num. 7. Vbi & addere aliquis poſſet, quandoquidem Indiarum regna ita ſunt Regiæ Coronæ Regum noſtrorum adiecta, vt onerari exactiõibus poſſint ſicut & alia;

Quoad duo addita minùs obligare; quia noua impoſitiones minùs iuſte cenſentur.